Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

gentium. non in panibus et labore vestro non in saturitate. Audite audientes me. et comedite bonum et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram et venite ad me. audite. et vivet anima vestra. Hec dicit dominus deus. ever

R. Hodie in iordane baptizato domino aperti sunt celi et sicut columba super eum spiritus mansit et vox patris intonuit hic est filius meus dilectus in quo michi complacui. V. Celi aperti sunt super eum et vox patris audita est. Hic est.

Surge inluminare hierusalem. quia venit lumen tuum et gloria domini super te orta est. quia ecce tenebre operient terram et caligo populos. super te autem orietur dominus et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo. et reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos et vide. omnes isti congregati sunt venerunt tibi. Filii tui de longe venient. et filie tue de latere resurgent. R. Inluminare inluminare hierusalem venit lux tua et gloria domini super te orta est. V. Et ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in splendore ortus tui. Et gloria domini.

Spiritus domini super me eo quod unxerit me. ad adnuntiandum mansuetis misit me. ut mederer contri[...]tos corde. et predicarem captivis indulgentiam et [...] clausis apertionem ut predicarem annum placabilem domino. et diem ultionis deo nostro. ut consolarer omnes gentes lugentes. ut ponerem syon lugentibus. et darem eis coronam pro cinere. oleum gaudii pro luctu. pallium laudis pro spiritu meroris. Et vocabuntur in ea fortes iusticie. plantatio domini ad glorificandum. R. Videbis o hierusalem et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum quando conversa fuerit ad te multitudo maris fortitudo gentium venerit tibi. V. Inundatio camelorum operiet te dromedarii madian et epha. Quando.

Gaudens gaudebo in domino et exultabit anima mea